

XVII?

n cat

47



IESUS MARIA.

# MEMORIALE FACTI, ET IVRIS

PRO

GERMANO DES,  
VILLÆ SANCTI ANDREÆ  
DE PALOMARIO

Contra

## CONIVGES ARTES, & Ferres eiusdem villæ.

Pro causa vertente in Regia Audientia referente ma-  
gnifico Francisco Marti I.V.& R. Audientia  
Doctore. Actuario Cortell.

Tractatur primo, materia repetitionis alimento-  
rum.

Secundo, de consumptione mobilium ex usu, &  
temporis cursu.

I

Ib

Dup.

Q.C. A.

*In nomine Domini.*

- I **P**ETRVS Badia capo villæ sancti Andreæ de Palomario 14. Ianuarij 1621. in posse Iacobi Gali arredatarij, & notarij publici dictæ Parochiæ pro Admodum illustri Capitulo Sedis Barcinoe condidit elogium in quo legauit Elisabethi Badia vxori suæ vsumfructum bonorum suorum cum onere alendi filios suos &c.
- 2 Item, recognouit recepisse dotem quam attulerat in capitulis matrimonialibus inter ipsos firmatis.
- 3 Item, recognouit recepisse centum libras de parte successionis tangente dicti Elisabethi centum libras.
- 4 Rursus legauit Catharinæ, Sperantiaz, Mariæ, Paulæ, & Margaritæ filiabus suis centum libras cuilibet ex illis.
- 5 Finaliter instituit hæredem vniuersalem in cæteris bonis Petrum Paulum Badia filium suum, cui substituit dictas Catharinam, Sperantiam, Mariam, Paulam, & Margaritam filias suas, in casu quo Petrus Paulus filius, & hæres descederet sine filijs quibus omnibus assignauit in tutores, & curatores dictam Elisabethem vxorem suam, Michaelem Oller candelarium cerz, Petrum Soler tabernarium, & Ioannem Gallart botiguerium telarum, ut plenè continetur in testamento, de quo in processu folio rectro 31. & 32.
- 6 Post mortem dicti Petri Badia testatoris dicta Elisabeth Badia vidua pro suis dote, & sponsalitio, & ut turix & curatrix filiorum suorum in posse dicti Gali 3. Februarij 1621. conficit inventarium in quo continentur bine domus cum orto cite in dicta Parochia, tum & quædam vasa vinaria vino, & aqua ardenti plena, & alia mobilia conti-

continuata in dicto inuentario, de quo in processu folio  
13.& 14. retro.

7 Quibus per actis dicta Elisabeth Badia administrabit  
dictas tutelam & curam, & alimentabit filios suos per ali-  
quos annos, ut deponut testes producti pro vtraque par-  
te, & sunt in confessio.

8 Post modum decepsit Petrus Paulus Badia filius &  
haeres grauatus intestatus, & sine liberis, & sic apertum  
fuit fideicommissum in fauorem dictarum Catharinæ, Spe-  
rantiæ, Mariæ, Paulæ, & Margaritæ filiarum dicti testa-  
toris.

9 Ex dictis similiter decepsit Maria Paula Rodrigues &  
Badia condito testamento apud Antonium Puigvert no-  
tarium publicum Barcinone 13. Februarij 1641. in quo  
haeredem instituit dictam Elisabethem Badia matrem  
suam, & Germanum Des vitricum suum de vita naturali,  
& post illorum mortem Guillermum Des prædictorum  
filium, ut continetur in testamento, de quo fol. 11. retro.

10 Finaliter decepsit Elisabeth Badia & Des vxor in se-  
cundis nuptijs Germani Des agricolæ dictæ Parochiæ  
condito elogio in posse Francisci Pla notarij Barcinone  
19. Iulij 1647. in processu fol. retro 8. & 9. in quo insti-  
tuit haeredem de vita naturali dictum Germanum Des  
virum suum, & post illius mortem Guillermum filium  
suum.

11 Post mortem dictæ Elisabethis remansit possessor  
bonorum quæ fuerunt dictorum Badies dictus Germanus  
Des, & conuentus à Catharina Artes & Badia vxore Di-  
daci Artes, & Sperantia Ferrer & Badia vxore Hierony-  
mi Ferrer fideicommissarijs prætententibus dictum Ger-  
manum Des uti possessorem dictorum bonorum fore cō-  
demnandum ad restituendum dicta bona fideicommissio  
subjecta. Et licet sumpro negotio in abstracto videretur  
dicendum dictum Germanum Des teneri ad restitutio-  
nem prædictam: Tamen positō casu in concreto, & consi-

deratis circumstantis concurrentibus ad casum censeo di-  
ctum Germanum Des , non teneri ad restitutionem ali-  
quam causis,& rationibus sequentibus.

12 Et primo præsupponimus Elisabethem Badia habe-  
re triplicem, titulum resultantem ex testamento dicti Pe-  
tri Badia, scilicet tenutarie constitutionis hac nostra vſu-  
fructuariæ , & tutricis , & curatricis filiorum suorum, &  
vſufructuariæ , ex quo in legato non reperitur appo-  
sita conditio secundarum nuptiarum duravit ab anno  
1621, quo deceſſit dictus Petrus Badia, vſque ad annum  
1647, quo deceſſit dicta Elisabeth Badia vſufructuaria, &  
sic vſufructuabit bona per viginti ſex annos, ut colligi-  
tur ex testamento, & inuentario ſupra chalendatis.

13 Quo ſuppoſito quamuis ex inuentario reſultent do-  
mus bine ſupradictæ, & ipſe tanquam immobiles ſemper  
extant, & ſint reſtituendæ, & pariter extant alia mobilia  
nepe vinum, & aqua ardens, & alia quæ ipſo vſu conſum-  
muntur, & recipiunt functionem, & iſta ſint pariter reſti-  
tuenda ſecundum valorem currentem tempore mortis te-  
ſtatoris, de quibus dicemus in alio loco.

14 Tamen reperiuntur multa mobilia in inuentario di-  
ſcripta quæ non fuerunt conſumpta ipſo vſu, ſed per diſ-  
curſum temporis, & vſum veteraſſent, & deteriorantur, &  
ipſa ſi non fuerunt recepta x̄timata ſolent reſtitui talia,  
qualia reperiuntur ſi extant, & ſi non extant nulla de eis  
habetur ratio, ut ex noſtris refert Fontanella de paetis  
tom.2. claus.7. gloſ.3. par.15. num.9. de eadem claus.7. gloſ.3.  
par.12. num.37. cum alijs ſequentib. vbi dicit quod ſufficit  
probare curſum tanti temporis per quem veriſimiliter  
eſſent perempta, & conſumpta, & nu.41. refert quandam  
deciſionem Regiæ Audientiæ qua 25. Septembris 1609.  
inter Elisabethem Meftra , & Hieronymum Spafa iudi-  
cauit ex curſu viginti octo annorum, qui ibi decurterant  
fore præſumendam conſumptionem bonorum mobilium  
quæ cedere inquit debet periculo fidei commiſſariorum,

&

& sic non veniunt in restitutione fideicommissi, idem defendit pluribus citatis Fusar. de substitut. quæst. 624. nu. 6. fol. mihi 797. Peregrin. de fideicom. art. 10. num. 38. ante finem, & num. 40. & 41. Fusar. d. loco num. 9. & 10. dicunt sufficere probare tantum temporis cursum, ut verisimiliter sint consumpta, & perempta, idem tenet Mâscard. de probationib. tom. 1. conclus. 197. per tot. qui dicit hoc remitti Iudicis arbitrio, & si fideicommissarius dolo culpa hæredis quid factum arguat probare debet, & in materia tutorum & curatorum, pro reddenda ratione Cancer. in Cod. addition. par. 1. cap. 7. de tutorib. num. 84. dicit his verbis, adde quod res quæ usu consummuntur sufficit probare, quod tanto tempore verisimiliter debuerunt posse corrumpi, ita Bart. in l. quod præsens C. de mulierib. lib. 11. Afflict. decis. 13. num. 27. Caualcan. tract. de tute num. 60. qui alios refert. Addas Peregrin. de fideicom. art. 35. nu. 29. dicentem de suo tempore vidisse in fideicommissis antiquis nullam de mobilibus fuisse habitam rationem ad diminuenda credita hæredis grauati, cum quo concordat Alex. Rauden. decis. Pisana 19. nu. 29. & decis. 29. nu. 161. & 162. qui dicit ex lapsu quinque annorum præsumi consumptionem, & idem confirmat decis. 31. num. 274. Simon de Prætis de interpret. ultim. volunt. lib. 3. solut. 3. num. 12. qui in versiculo non patui facienda dicit circa hoc vidisse multos Iudicium errores, qui omnes licet loquantur in hærede grauato tamen, id est in usufructuario quando non recepit res æstimatas à principio prout explicat Castillo de usufruct. lib. 1. cap. 18. per tot. &c. Fontanel. loco quo supra &c. Sed Germanus Des in individuo, & concreto prouabit per plures testes nempe Ioannem Bares agricolam folio retro 11. Elisabethem Tornera folio retro 61. Andreæm Ianicox folio retro 55. Petrum Ioannem Torner folio retro 49. Paulum Cuyas agricolam fol. 44. retro in loco sancti Andreæ de Palomario tanquam mari visino mobilia consueuisse cō-

sumi per minus tempus quam decem annorum: ergo cum  
in casu nostro elapsi fuerint plusquam viginti annorum qui-  
bus dicta Elisabeth titulo usufructuario poterat ut dictis  
mobilibus quemadmodum usus fuit sequitur quod natura-  
liter ex cursu temporis presumuntur consumpta, & sic  
haec consumptio cedit damno fiduciocommissarij, & non  
haeredis dictae Elisabethis, & consequenter de dictis  
mobilibus nulla est habenda ratio &c.

15 Additur ad maiorem cautelam quod partes sunt in  
confesso eo probant predicti testes per dictum German-  
num Des administrati, quod haereditas dicti Petri Badia  
solum consistebat in duabus domibus, & uno orto, & quod  
una domus fuit habitata per dictam Elisabethem Badia  
cum filio, & filiabus suis, & quod ex immobilibus seu sta-  
bilibus, solum restat altera domus cum orto, quae consue-  
uerat locari de sex usque ad decem libras annuales, &  
quod dicta haereditas, non adferebat plus redditus an-  
nuales, quos ipso facto colligitur fuisse, tam paruos & te-  
nues redditus ad alimenta necessaria unus filij, & quatuor  
filiorum predictorum quas allebat erant insufficientes  
cum predicti filius, & filiae debebant prius alij ex bonis  
paternis, quam ex maternis, & ipsa dicta Elisabeth Badia  
mater predictorum uti tutrix relicta a patre administra-  
bat bona filiorum suorum, sequitur quod pro dictis ali-  
mentis iure sanguinis debitibus poterat dicta mater admi-  
nistratrix vendere nedum mobilia quae poterant, vete-  
rassi, & minui, sed etiam alia quae ipso usu consu-  
muntur quae omnia, & plus per eos annos quibus dictis fi-  
lio, & filiabus prestatit alimenta fuerunt necessaria, ut ex  
natura facti colligitur quo casu de iure presumendum est  
ex proprijs bonis filiorum dicta Elisabetham Badia pre-  
statit esse alimenta dictis filiis suis, & quatenus ex proprijs  
bonis, & sua industria prestatisset haberet ab ipsis repe-  
titionem, ut mirabiliter, & ad propositum in terminis ter-  
minantibus refert Ioan. Petr. Surd. de alimen. tit. 6. quæst. 8.

cum

cum pluribus alijs, qui quamvis num. 62. ex doctrina Baldi in  
 l. nescius colum. 2. num. 3. dicat intelligendum esse quod ma-  
 ter præsumatur de bonis filij præstitisse alimenta quate-  
 nus tamen filij redditus sufficiunt, nam quod supra red-  
 ditum erogat repetere potest, tamē dictus Surd. d. num. in  
 fine, dicit quod ipsi non concludit, quia cum pro alimen-  
 tis etiam vendi possit proprietas, ut filius alatur secundū  
 ea quæ dixi in titulo qualiter alimenta sint præstanta nō  
 video rationē diuersitatis inter illud quod est supra red-  
 ditus, & illud quod est intra cum utroque casu mater co-  
 gi possit, quia ex quo mater erat administratrix bonorum  
 filijs non est præsumendus animus donandi, idem confir-  
 mat eodem tract. de aliment. tit. 4. quæst. 9. num. 38. vbi dicit  
 quod quando alimenta sunt præstāda iure sanguinis tunc  
 vendi possunt bona, ut soluantur alimenta etiam si sit in  
 præiudicium fideicommissarij, ex quibus in iure constat  
 ex quo redditus dictæ hæreditatis erant tam patui, & in-  
 suficientes ad præstanta alimenta dictis filio, & quatuor  
 filiabus, quod pro dictis alimentis præstandis ex bonis pa-  
 ternis licuit dictæ Elisabethæ Badia matri tutrici, & usu-  
 fructuariae vendere mobilia dicti inuentarij, & sic cum fa-  
 cium ipsum demonstret rei veritatem præsumendum est  
 ipsam dicta bona vendidisse pro dictis alimentis, idem in  
 terminis comprobat Peregrin. de fideicom. art. 35. num. 32.  
 & sic dictæ fideicommissariæ Artes & Ferrer actrices non  
 possunt petere, quod intus habent ex quo bona fuerunt  
 vendita & consumpta in illarum utilitatem, nam mobilia  
 quæ fuerunt consumpta, vel alienatio in necessaria alimē-  
 ta filiorum, & suppeditalia quæ in idem deseruierunt  
 sunt incomptum recipienda, ut in dicit Fusar. de substit.  
 quæst. 667. num. 14.

16 Neque obstat quod legatum usufructus fuerit factū  
 dictæ Elisabethi Badia cum onere alendi filios, nam cum  
 dictum onus sit extrinsecum non tenebatur legataria ul-  
 tra vires relicti, ut probat tex. in l. plautius §. fin. ff. de con-  
 dit. &

dit. & demonst. & in l. facta si ritius ff. ad trebellia. & com-  
probat Peregrin. de fideicom. art. 4. num. 48. ita Surd. de ali-  
men. tit. 6. quest. 11. num. 36. bis verbis, quod acceptans re-  
lietum factum cū onore non tenetur ad onus nisi in quātū  
valet res relicta, Ruin. conf. 92. n. 9. vol. 5. nā quæ legataria  
fecit vltra vires, & redditus hæreditatis soluenda sunt, nā  
quamvis alimenta, & debita annua sint soluenda ex fru-  
ctibus hæreditatis quando tamen ipsi fructus non suffice-  
rent pro solutione legatorum annuorum, & alimentorum  
quod illa non censeretur relicta ad onus grauati, sed pos-  
sunt deduci, & defalcari de corpore hæreditatis probant  
Cuartru. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. nu. 67. Michael. Cras-  
sus in §. legatum quest. 36. num. 2. & seq. Peregrin. de fidei-  
com. artic. 4. num. 24. Vincent. Fusar. de substitut. quest. 667.  
num. 8. & conf. 77. num. 3. ex quibus apparet quod illud  
quod expendit in alimentis filiorum dicta Elisabeth Ba-  
dia mater tutrix, & legataria vltra fructus annuales hære-  
ditatis qui à notorio facrunt insufficientes debet deduci  
de corpore hæreditatis ex venditione bonorum mobi-  
lium, & accipere incomptum, & satisfactionem prædi-  
ctorum alimentorum, nam quia consumptio super ne-  
cessaria filiorum alimenta, & in suppelleilibus necessa-  
rijs pro vſu familiæ nunquam est facienda compensatio  
docet expresse Fusar. de substitut. quest. 667. num. 14. Imò  
illa repetitio alimentorum quæ iuxta ante dicta compe-  
tit matri nunc competit dicto Germano Des illius hære-  
di contra alimentatos, & illorum hæredes Surd. de alimen-  
tit. 6. quest. 22. per tot.

17 Et quamvis ex corpore hæreditatis solum remaneat  
prædictæ vineæ domus cum orto tamen ex ipsis prius de-  
ducendum est pretium censualis ducentarum librarum,  
quod fuit incarricatum supra dicta hæreditate pro sol-  
uendis dotibus dictarum Ferrer & Artes, ut partes sunt  
in confessio, nam cum dictis Catharina Badia, & Artes, &  
Speratia per dictum Petrum Badia patrem & testatorem  
fue-

fuerint legatæ in testamento ducentum libræ, scilicet cē-  
tum pro qualibet ipsarum, ut ex testamento appareat cum  
dictum censuale fuerit venditum, & incarcicatum per di-  
ctam Elisabethem Badia in utilitatem prædictarum Mar-  
garitæ, & Sperantia sunt deducendæ de corpore dictæ  
hæreditatis cum remaneat censuale ad onus dicti Germani  
Des possessoris, & hæredis dictæ Elisabethis Badia.

18 Secundo sunt etiam deducendæ aliæ centum libræ  
quæ fuerunt per dictum testatorem legatæ Mariæ Paulæ  
Badia & Rodrigues, & cum ipsa mortua sit, & illius hæres  
sit nunc dictus Germanus Des, ideo dictæ centum libræ,  
tanquam ad ipsum spectantes sunt recipiendæ in credi-  
tum ipsius, & debitum dictarum Margaritæ, & Sperantia  
fideicommissarum.

19 Tertio sunt deducendæ aliæ centum libræ quas re-  
cognouit in suo testamento dictus Petrus Badia testa-  
tor recepisse pro dicta Elisabethæ uxore sua ex parte  
successionis paternæ Lucæ Anglada patris dictæ Elisa-  
bethis, & cum dictus Germanus Des sit hæres dictæ Eli-  
sabethis, ut ex supra chalendato testamento apparet, ideo  
sunt recipiendæ in creditum dicti Germani Des, & in  
debitum dictarum Margaritæ, & Sperantia fideicommis-  
farum.

20 Finaliter est deducenda portio pertinens ad dictam  
Elisabethæ matrem ex successione ab intestato Petri Pau-  
li Badia filij & hæredis, & Margaritæ filiæ ex quo ipsa  
mater una cum dictis filiabus succedebat illis ab intesta-  
to, tum & deducendæ sunt expensæ infirmitatis, & funeris  
dictorum Petri Badia testatoris vinculantis, de quibus in  
processu fol. retro 15. tum & Petri Pauli Badia hære-  
dis grauati, & Margaritæ Badia filiorum ab intestato de-  
functorum; quæ cum fuerint necessariae, & verosimiles  
deducendæ sunt: tum & etiam ducendæ sunt expensæ  
seu salario extractionis testamenti, & inuentarij dicti Pe-  
tri Badia testatoris, quæ pariter fuerunt necessariae, & ve-  
rosimiles

11100  
333  
ro similes quibus detractis nihil penitus ex bonis, & ha-  
reditate remanebit, ut ex inspectione inuentarij manife-  
stè apparet &c.

21 Et quamvis pars alia prætendat dictum Germanum  
Des teneri ad fructū restitutionem saltem à die litis cō-  
testate tamen aduertendum est, quod cum dictus Germa-  
nus Des, ex causis prædictis sit creditor in dictis summis  
& quātitatibus liquidis proximè relatis, quæ pariāt inte-  
resse ad rationē solidi pro libra, & sic ei debeat de in-  
tereſſe viginti libræ quolibet anno, & fructus dictæ hære-  
ditatis nō ascēdant ad dictas viginti labras sequitur quod  
non teneatur ad aliquos fructus, maximè cū credita præ-  
dicta sint de corpore hæreditatis cum sint legata eiusdem  
testatoris, & sic fructus percepti pro portione crediti,  
quod habet grauatus in bonis fideicōmissi non erunt re-  
ſituendi, ita Simon de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib.  
3. solut. 4. à nu. 20. cū alijs, Fusar. de substit. quest. 636. nu. 76.  
& obſeruat Senatus noster Cathalanus, ut refert Fontan.  
10. 2. de paci. clau. 7. glo. 3. par. 7. nu. 3. & in 1. decisionū decis.  
91. nu. 29. vbi dicit, quod quando creditor condemnatur  
ad fructus restituendos tenetur debitor accipere incom-  
potum dictorum fructū ad interesse crediti ipsius credito-  
ris, & sic quemadmodum creditor condemnatur ad fru-  
ctus ante litem motam sic debitor ad interesse crediti  
etiam ante litem motam.

22 Ex quibus concluditur quod solutis creditis, & in-  
tereſſe illorum dicto Germano Des propter defectū bo-  
norū quæ adhuc non sufficiunt pro prædictorum solu-  
tione, ut ex ipsis facto, & processu colligitur sequitur in-  
de manifestè ad nullam restitutionem, nec bonorum, nec  
fructum teneri dictum Germanum Des possessorē dicto-  
rum bonorum, & sic dictis Margaritæ, & Sperantiæ silen-  
tium perpetuum fore imponendum, & ita censet faluo-  
iure, & iuditio melioris sentientis.

Didacus Figuerola, I.U.D.